

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2775

Auteur(s) : Achard, Avranches (évêque)

Bénéficiaire(s) : Michel [clerc]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1164, 13 août

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Charte par laquelle Achard, évêque d'Avranches, sur la présentation de l'abbé Robert, confère l'église de Genêts à Michel, clerc du Mont.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Chronique de Robert de Torigni, abbé du Mont-Saint-Michel : suivie de divers opuscules historiques de cet auteur et de plusieurs religieux de la même abbaye*, le tout publié d'après les manuscrits originaux, Rouen, Le Brument, 1872-1873, 2 vol., t. 2, « Lettres, chartes et pièces diverses de l'administration de Robert de Torigni », n° XI, p. 269-271.

Texte établi d'après a

A. Dei gratia Abrincensis ecclesie qualiscunque minister, universis catholice matris ecclesie filiis, salutem. Notum esse volumus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos, ad presentationem R. abbatis Montis Sancti Michaelis de periculo maris, toto ejusdem loci annuente conventu, concessimus Michaeli clerico de Monte in elemosinam presbiteratum ecclesie de Genetio, in ea integritate possidendum in qua Raginaldus presbiter unquam melius illum tenuisse dinoscitur, videlicet ut predictus Michael medietatem habeat de omnibus oblationibus et beneficiis que ad altare pertinent, exceptis septem festivitibus subscriptis, Natali scilicet Domini, Theophania, Purificatione, Pascha, Ascensione, Assumpcione sancte Marie, festivitate Omnium sanctorum, in quibus non pertinet ad eum nisi sexta pars oblationum, nisi forte illis diebus aliquem in parrochia obire contigerit. De his enim que ad exsequias pertinent, quacunque die contingent, ad sacerdotem pertinet media pars. In primiciis, in decimis hortorum et agnorum, in purificationibus tercia pars, sed lane media. Capella juxta majorem ecclesiam propria est monachorum ; sed quando sacerdos ibi ministrat, de universis oblationibus que ad manum ejus veniunt, vel etiam alio quolibet tempore in capella a parrochianis suis offeruntur, accipit medietatem. De blado totius parrochie de decimis de campartis habet galbam XXIam. In propria tamen agricultura monachorum nihil accipit. Terra que data est ecclesie, est propria sacerdotis, cum decima ipsius tota. Preterea concessum est prefato clerico ab abbate et monachis ut de proprio eorum canone in eadem ecclesia singulis annis habeat XXti solidos andegavensium, quos sui predecessores eis reddere solebant, reddentque successores ipsius. Ut autem hec donatio firma et inconcussa maneret, scripto nostro eam premuniri et auctoritate nostri sigilli confirmare curavimus, seb testibus istis : magistro Rollando decano, Godefrido archidiacono, Guillelmo thesaurario, Gisleberto cantore, Richardo de Haia, Willelmo de Salesberes, Guillelmo etiam de Sancto Paterno, monachis, et multis aliis. Actum anno dominice incarnationis M° C° LX° III°, regni secundi Henrici regis Anglorum et ducis Normannorum decimo, idus Augusti.